Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8279
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ante faciem omni populi · Lumen ad revelationem
gentium et gloriam plebis tue israel · Credo in unum dm ·
Offertorium · Diffusa est gratia in labiis tuis, propterea be
nedixit te deus in eternum et in seculum seculi · Secreta ·
Exaudi domine preces nostras et ut digna sint
munera que oculis tue maiestatis offerimus
subsidium nobis tue pietatis impende · Per
Prefatio · Quia principatum · Com · Responsum ac
cepit symeon a spiritu sancto non visurum se mortem nisi
videret christum domini · Complet · Quesumus domine de
nostre · ut sacrosancta mysteria que pro reparationis
nostre munimine contulisti · intercedente beata
maria semper virgine et presens nobis remedi
um esse facias et futurum · In annunciatione beate
Oratio celi desuper et · Oriatur virgo sion ·
nubes pluant iustum aperiatur terra et
germinet salvatorem · ps Celi enarrant ·
gloriam dei et opera manuum eius annun
cat firmamentum · Gla in excelsis deo · Orat ·
Deus qui de beate marie virginis utero ver
bum tuum angelo annunciante carnem suscipere voluisti · presta supplicibus tuis · ut qui vere
eum dei genitricem esse credimus · eius apud te
intercessionibus adiuvemur · Per · Lectio ysaie prophete ·
In diebus illis · Locutus est dominus ad achaz
dicens · Pete tibi signum a domino deo tuo